Adamas in pulverem redactus nihil malignitatis poſſidet.

Ungula Alcis manifeſta qualitate Epilepticis prodeſt.

Renes non ſunt generationis organa.

Lac non generatur ex ſangvine.

Arſenicum ſalutare peſti amuletum.

Cantharides ſpecifica potentia veſicæ contrariæ non ſunt.

Corpora cibo refecta ſunt graviora jejunis.

HYdrophoba mali quid ſit, quàm enormeque monſtrum,
qui doceant, raris diſcutiendo patet.
Tu WINDDORFERE, aggrederis felicibus auris,
monſtrum hoc, ut dextra nil metuente cadat.
Hoc precor, ut vindex vocitere celebris Hygeæ,
cœptisque adſpiret ſors animoſa tuis.

WINDORFERO
felicem in ſtudiis medicis, quæ curæ cordiq; habet ſedulus, progreſſum apprecatur
Gvernerus Rôlfinck, Hamburgenſis, Phil. & Medic. Doctor, Profeſſor Practicus & Chymicus, Decanus.

Mil-